

Denen Hoch - Edelgeboren /
Hestrengen / Hoch - Edlen / Hest /
und Hochgelehrten / Wohlfürsichtigen und
Hochweisen Herren/ Herren

Bürgermeister /
Richter und Rath.

Der Weitberühmten Kaiserlichen

 Hauptstadt ienn

in Hesterreich /

Meinen Gnädig Gebietenden Herren.



Leichwie ich auf vielfältiges
Begehren Wolfgang Gazii
Chronic der Kays. Residentz-
Stadt Wien von neuem zum


* * *

Druck zu befördern / und dem gemei-
nen Besten zu gut hin und wieder conti-
nuiren zu lassen / mich nicht entziehen kön-
nen : Also wann ich den Inhalt dieses
Buchs betrachte / ist derselbe E. Hoch-
Edl. Bestr. und Herrl. so eigen, daß ich
dessen Zuschrift niemand anders als de-
nenselben zuzueignen weiß / zumahlen
da auch die vorige Edition E. u. Hoch-
Edl. Bestr. und Herrl. seel. Vorfahren
dediciret worden. Solchem nach geru-
hen dieselbe mein Interfangen mit übel
zu deuten / sondern diesen meinen Ver-
trag hochgeneigt auf- und anzunehmen /
meine Wenigkeit auch in dero hohe
Kunstgewogenheit sich iederzeit em-
pfohlen seyn zu lassen : Dahingegen ich
unter göttlicher Obhut Ergebung und
Anwunschung alles beständigen Hol-
ergehens unabsetzlich verbleibe

E. HochEdl. Bestr. und Herrl.

Geben Frankfurt den 1. May St. n.
Anno 1692.

Gehorsamster Diener
Philip Fiebet / Buchdrucker
und Händler in Frankfurt am Main.
DOCTIS.



DOCTISSIMO VIRO,

DOMINO VVOLFFGANGO LAZIO,
MEDICINÆ AC PHILOSOPHIÆ DOCTORI,
Domino suo in primis Colendo.

MItto ad te per Ioannem Petrum, bibliopolam Norinbergensem, Vienne tua à nobis excusæ XII. exemplaria: unà cum exemplari uno, in membranâ excuso. Atq; utinam, ut non defuit mihi voluntas gratificandi tibi, ita adfuissest facultas etiam. Magnâ enim parte, toto illo tempore, quo illa excusa est, gravissimâ febre laboravi. Quam tamen obstante mibi non sum passus, quò minus omnes formas (quas vocant) ipse etiam legerem, ut emendatior prodiret liber. Quanquam scripti exemplaris incuria plurimum nobis negotii exhibuit, maximè in propriis nominibus, in quibus divinare plerumq; oportuit, quum tam depravatè pleraq; essent scripta, ut saepn & uitem r & t in propriis, quippe ignotis mibi nominibus, non possem discernere. Itaq; vellem scriptorem, quisquis fuit, saltem in propriis istis fuisse paulò diligentiores. Adde verborum aliquot defectus, quos tu relegendō supplere voluissē videbaris. Verūm quia ita reperiebam, & tu editionem urgebas, malui per omnia, etiam in istis, exemplar sequi. Proinde ore te, & obtestor, mi D. Lazi, ut æqui boni q; opellam hanc nostram facias: & nos, ut cœpisti, amare, ornare q; pergas. Ignoscet autem, quod non prolixior nunc sum. Nam morbi jam recurrentis improbitas, vix scribere hæc magnâ cum difficultate permisit. Benè vale. Basileæ, 17. Septemb. 1546.

Joann. Oporinus tuus ex animo.

IDE M AUTHOR AD ZOILUM.

Quisque teutonicam ridere paraphrasin istam,
Zoile Conaris, fac meliora feras:
Officiumque Metaphrastæ scito esse fidelis,
Authoris sensis reddere sensa benè.
Non sucta cupit VERUM pomposaque verba,
Sed semper gaudet simplicitate sua.

IDE M AD EUNDEM.

UNICO docto placuisse malo,
Quām decem insulsis placuisse momis,
Cuncta qui arrodrunt quoque scripta verè
dente maligno.

Omnibus quicunque studet placere,
Eruditis displiceat necesse est;
Et sibi soli placuisse velle,
turpe putatur.

Rursus insani est placuisse nulli
Velle: quo circa medium tenere
Inter hæc qui scit, sapiens habetur
Virque probatus.

EPIGRAM-

¶ ◊ ¶
EPIGRAMMATA QUÆDAM AMICORVM ET DOCTO-
RVM VIRO RVM.

IN M. HENRICI ABERMANNI.
Scholæ civilis ad S. Stephanum Viennæ Rectoris dignissimi,

Metaphrasin teutonicam Rerum Viennensium, olim à Doctore
WOLFGANGO LAZIO latine conscriptarum,

JOANNIS GEORGII PAUR, Art. & Philosophiaæ Doctoris J. U. Lie.
& pro tempore Inclytæ Facultatis Philosophicæ Decani.

AD LECTOREM.

Si cupis Austriae cognoscere gesta Vienna,
Hoc opus assiduâ volvere perge manu.
Tradidit hac quondam latio tibi Lazius ore,
Sed solum latius tradidit ille viris.
Doctus Abermannus patriæ prodeesse laborans,
Maternâ pulchrum voce recudit opus.
Cudit opus multo structum (michi crede) labore,
(Si labor & non sit posteritatis amor)
Quantum Roma tibi debet Mavortia Livi,
Tantum & Abermanno clara Vienna suo.

VOTVM IN AVTHOREM,

Viuet perenni nomine Curtius,
Interminatis notus honoribus,
Dum vivet invictus Monarcha,
Lativagi dominator orbis
Cæsar decori viribus ingenii,
Quam bellicosa laude celebrior,
Nec Liviales Roma laudes,
Sat titulo decorabit ullo,
Hos inter haud pars infima splendicans,
Henricus altum tollit humo caput,
Dum clara consistet Vienna,
Perpetuo celebrandus ævo.

IN LAZIVM REDIVIVVM,

M. IOANNIS BAPTISTAE LINDEN-
PERGER à PIRCKENPRVCK, Advocati, Not. Publici, nec

non Inclyti Senatus Viennensis in Gymnasio Civili acroaseos
Dialecticæ & Rhetoticæ Professoris.

Nonne iterum surgit Stephani Schola trita sacrati,
Nonne pias voces palpita docta sonant?
Quæ facit Illustris fidissima Cura Senatus,
Inq. suos verus Candor amor, volunt,
Sumptibus haud ullis (reparant collapsa Theatra)
Parcendo, alveolos substituendo novos.
Hac redivivus agit, tam claro vindice, luce
LAZIVS, excusso pulvere ovando recens,
Quando Deum interpres nitido Mercurius axe,
Fatidicâ virgâ nuncia mira refert.
LAZIVS ex latio qui olim benè claruit usu,
Teutonicum pulchrè nunc idioma sapit.

Præstitit

❀ ○ ❀

Praestit id praestans sophicā PALINANDER in arte,
Herculeos nodos mente, labore, luens.
Nempe per hunc solum geminā modō fronte notatur
LAZIUS, hinc Latius, Teutonicusq; viget.
Priscarum haud tantum peregrina vocabula rerum
Explicit, multis tot monumenta locans:
Verū etiam cunctis glossemata clara reliquit,
Dum molles animos debito amore colit.
Macte vir ingenio docilem moderando juventam,
Talia felici scripta resolve manu.

M. AUGUSTINI KNORR, Bursae Gentium Provisoris.

LAZIUS Austriacum latio quod scripsit Author,
Gesta Stylo, tenuit nomen & omen idem:
Hæc tibi Teutonicæ lubens idiomate pandit,
Clara Vienna, tuæ Gymnasiarcha scholæ.
Gloria cui potior, cui major habenda laborum
Gratia, Abermanno aut Lazi operose tibi?
Sat tibi sit laudum, Lazi, celebrata latinis,
Scripta tua & claris nota fuisse viris.
Nil inde Austriacum poterat cognoscere vulgus,
Eius ut ignoti nulla cupido fuit:
Huic tribuit laudem doctusque rudisque libello,
Gratus utrique labor, laudet uterque & opus.

LAZARI FRITSCH, PRUTENI, EJUSD. SCHOL. CIV. COLL.

A Rsit Alcmena genitus labores
nxiōs semper mala multa passus,
rduum & virtutis iter terendo,
Ita petivit:
B ajulavit sydereos & orbes,
ella acerba atque irrequita gessit,
ellica virtute potens & armis
ellicus Heros;
E xin ille orbis domitor decusque
st vocatus magnanimorum Achivum,
ius excellentia enim probabat
xitus acta:
R egia dextra domuit furentis
ostra collarrantia & is Molossi,
ettulit viator subito trophæum
obore magno.
M agna sunt & multa alia ejus acta,
axima semper memoranda laude:
acte vir præstans celebrisque in ævum
ille triumphis.
A dsit ast illo melior MAGISTER,
rtis est majoris adhuc ABERMAN,
rduos vertit scopulos latinos
RTIS AMATOR,
N empe Nodos Teutonicis latinos
arrat hic verbis satis explicatè,
obilis Vir perpetuum meretur
omen honoris.